

cernas in auro et argento fulgentes^d uilissimus pinsor¹⁸ esse uoluit. Et cui culinarii^e seruiebant dites, culinam sua uice multoties compleuit. Necnon cui dedecus fuerat clibanum caminumque appetere, clibanarius atque calcionarius non erubuit esse. Ieiuniorum uero continuus amator erat, orationibus et uigiliis nocte dieque uacabat, et a colloquiis diuinis inuictum spiritum non relaxabat, sed erectis in celum luminibus centies per diem, centies per noctem genua Christo curuabat. Corpus quoque domini nostri Iesu Christi uix poterat percipere, donec lacrimarum eius in terram decurrerent gutte, dicens se reum et indignum sumere non debere, nisi ante flendo uetera peniteret peccata amarissime. Lectuli nempe duriciam audius ultro expetebat, et

fol. 1^{rb}

sub se sterni aliquod etiam uel u
prohibebat. Veruntamen propt(er ua)
litudinem, petentibus fratrib(us)
in caumate habere cult^f
ciens etiam recolens ueteris
mortis pro Christi amore facie
fl(a)gellis, ut praesentes penas (patiens mo-)
mentaneas, eriperetur a (... sup-)
pliciiis eternis, fratribus ignaris
a quo illud exigebat precibus cre
interdum infamibus parasiti
tus, et alapis cesus, in omnib(us)
cis obediens erat preceptis.
ribus corpus maceraret suum s
intempestae noctis hora modo et
senis horis hic uir domini W(ilhelmus)
laticibus¹⁹ fontis glacialis perf(usus in ora-)

d) korr. aus fugentes.

e) darüber in späterer, schwer lesbarer Schrift coci.

f) darüber idest cul...

18) *Vita Willelmi* (wie Anm. 11) III 28, S. 808: Igitur Willelmus pistior et clibani calefactor, servitor ipse coquinae et pulmentorum ministrator.

19) *Vita Willelmi* (wie Anm. 11) III 31, S. 809: tamen aquis perfunditur ... Qui post multam longamque refrigerationem de aquis egrediens, B. Michaelis oratorium introibat ibique ... pervigil in oratione manebat utroque genu flexo ... pectus crebro percussus, suspiria emittens et multis lacrymis ora infundens.